



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim**

**Innozenz <III., Papst>**

**Parisiis, 1682**

Eisdem.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-20020**

perpetuò intendetis. Verùm magister ves-  
ter qui pro tempore fuerit &c. ut in alia  
per totum usque duxerit remittendum. Vos  
autem & successores vestri jus habebitis ad  
Ecclesias ipsas vacantes Rigeni Episcopo  
personas idoneas præsentandi, quas ipse de  
cura investire non differet animarum. Ce-  
terum cùm ipse vos duxerit visitandos, in  
domo vestra cum viginti evectionibus se-  
mel in anno eundem curabitis procurare;  
in plebatibus autem vestris eum exhibe-  
bitis bis in anno. De terris verò quas amodo  
extra Livoniam seu Lectiam cum Dei au-  
xilio acquireris Rigeni Episcopo minimè  
respondebitis &c. in eundem fere modum ut  
in alia usque in finem. Datum ut in alia per  
totum.

MAGISTRO ET FRATRIBVS  
militie Templi.

Epiſt. 143.  
Confirma-  
tio-  
nē  
Eccl. da-  
ta à Legato.

CVm à nobis petitur quod justum est  
& honestum, tam vigor æquitatis  
quam ordo exigit rationis ut id per solli-  
citudinem officij nostri ad debitum perduca-  
tur effectum. Eapropter, dilecti in Domi-  
no filij, vestris justis petitionibus annuen-  
tes, Ecclesiam sanctæ Luciae quæ Fotae  
Græco vocabulo nuncupatur, extra The-  
barum positam civitatem, cum pertinen-  
tiis suis, quam dilectus filius noster Bene-  
dictus tituli sanctæ Susannæ Presbyter Car-  
dinalis, tunc apostolicae sedis Legatus in  
partibus Romaniae, vobis ad terræ sanctæ  
subventionem liberaliter assignavit, sicut  
eam justè ac pacificè possidetis, vobis &  
per vos domui vestre auctoritate apostolica  
confirmamus & præsentis scripti patro-  
cinio communimus. Nulli ergo &c. nostræ  
confirmationis &c. usque incursum. Da-  
tum Laterani x v. Kal. Octobris, pontifi-  
catus nostri anno tertio decimo.

E I S D E M.

Epiſt. 144.  
Confirma-  
tio-  
nē  
diver-  
sas polle-  
fiones.

I Vltis petentium desideriis dignum est  
nos facilem præbère consensum, & vo-  
ta quæ à rationis tramite non discordant  
effectu prosequente complere. Eapropter,  
dilecti in Domino filij, vestris justis postlu-  
tionibus inclinati, concessionem terræ  
de Rupo & Iohannis filij Nicolai de Vianet  
cum fratribus & sororibus suis ac possesso-  
nibus & rebus aliis eorundem à nobilibus  
viris Rolandino de Canusa & Albertino  
germano ejus necnon à bonæ memorie  
Hugone de Colongi vobis factam intuitu  
pietatis, sicut piè ac providè facta est,  
auctoritate apostolica confirmamus & præ-  
sentis scripti patrocinio communimus. Nul-

li ergo &c. nostræ confirmationis &c. usque  
incursum. Datum ut in alia per totum.

E I S D E M.

A Nnuere consuevit sedes apostolica  
piis votis, & honestis petentium pre-  
cibus favorent benivolūm impertiri. Ea-  
propter, dilecti in Domino filij, vestris ju-  
stis postulationibus grato concurrentes af-  
fensi, domum Philocali apud Thessalonici-  
cam cùm pertinentiis suis, quām dilectus  
filius noster Benedictus tituli sanctæ Susan-  
nae Presbyter Cardinalis, tunc apostolica  
sedis Legatus in partibus Romaniae, vobis  
ad terræ sanctæ subventionem liberaliter  
assignavit, sicut eam justè ac pacificè pos-  
sideris, vobis & per vos domui vestre au-  
toritate apostolica confirmamus & presen-  
tis scripti patrocinio communimus. Nulli  
ergo &c. nostræ confirmationis &c. usque  
incursum. Datum ut in alia per totum.

E I S D E M.

S Olet annuere sedes apostolica &c. Ea-  
propter, dilecti in Domino filij, ves-  
tris justis postulationibus annuentes, do-  
mum Nigripontis cùm his quæ habet in  
Nigroponte, & domum de Lagera, &  
cafale de Oizparis, cùm eorum pertinen-  
tiis, ac alia quæ tenetis in insula Nigripo-  
nte, à nobili viro Ravano & bonæ memoriæ  
Iacobo de Avenn. & Guberto vobis pa-  
devotione concessa, sicut ea omnia justè  
ac pacificè possidetis, vobis & per vos do-  
mui vestre auctoritate apostolica confir-  
mamus & præsentis scripti patrocinio com-  
munimus. Nulli ergo omnino &c. hanc pa-  
ginam nostræ confirmationis &c. usque in-  
cursum. Datum ut in alia per totum.

F R A T R I B V S M I L I T I A E  
Templi in Romania.

I Vltis petentium desideriis &c. Eapro-  
pter, dilecti in Domino filij, vestris ju-  
stis precibus inclinati, viridarium quod est  
à bonæ memorie Thebano Archiepisco-  
po, tunc electo, pia vobis devotione con-  
cessum, sicut illud justè ac pacificè possi-  
detis, vobis & per vos domui vestre au-  
toritate apostolica confirmamus & præsen-  
tis scripti patrocinio communimus. Nulli er-  
go &c. nostræ confirmationis &c. usque in-  
cursum. Datum ut in alia per totum.



EISDEM